

Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

De Vita Et Miracvlis Sancti Gebehardi Sueui Archiepiscopi Salisburgensis &
Apostolicæ Sedis Legati Avctore Sancti Eberhardi discipulo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

De
VITA ET MIRACVLIS

Sancti

GE BEHARDI
Suevi

Archiepiscopi Salisburgensis

&

Apostolicæ Sedis
Legati

AVCTORE

Sancti Eberhardi
discipulo.



DE

DE S A N C T O G E B E H A R D O
Archiepiscopo.



Loriosus igitur **GEBEHARDVS** alto SVEVORVM stemmate, patre C HADOLDE matre AZALA progenitus, in primæuætate sua liberalibus studijs traditur imbuendus. Vbi cum docilis puer nō tam ætatis incremento, quām liberalis scientiæ succresceret fastigio. Emensa igitur pueritia partimque adolescentia, ingenuitatem generis, morum nobilitate, ac sapientiæ iubare transcendit. Euacuatis enim quæ erant paruuli diuinis se mācipar obsequijs, & lectionibus, quamuis in sacerdotali pomposo stemmate, forinsecus splendorer ornatus, Per singulos itaq; gradus sacris ordinibus insignitus, ad sacerdotij deniq; gradum, quia dignus est inuentus, iiiij. nonas Martij anno incarnationis Domini M. L V. à venerabilibus. **SALTUVINO**, sanctæ Salzburgensis Ecclesiæ Archiepiscopo, sub sancto LEONE Papa est promotus, prædicti Deo digni Archiepiscopi futurus Episcopus successor, ac Christi & Ecclesiæ indefessus propugnator. Huius ergo celebri fama illectus Imperator HEINRICVS III. cognomento pius, HEINRICI BABENBERGENSIS successor, eum ad se ascitum, regiæ aulæ summum præfecit Capellum. Quo post paucos annos rebus humanis exempto, & HEINRICO III. filio prioris in sceptra regni succedente, **GEBEHARDVS** item primus inter primos palatiij habebatur. Et quamuis in terreno conuersaretur palatio, cœlestis tamen regis famulatuī summopere inhærebat. Anno deinde incarnationi Domini M. L X. qui sextus sacerdotij ipsius **GEBEHARDI** fuerat annus, post dormitionem præscripti venerabilis **BADVVINI** Archiepiscopi, concordi

*Salzruinus
Archiepisco-
pus Salzburg.*

*Supra Salt-
ruinus dicitur*

concordi & alaci totius Cleri, ac ministralium electione
in Salzburgensem Metropolitanum diuino nutu est subli-
matus, ut pote virtutum omnium gratia adornatus.

Igitur Deo dignus metropolita GEBHARDVS, iij. Idus
Junij, in loco *Eschenwach* dicto, acceptio a rege HEINRI
CO, & castae desponsationis sacrostanctæ mattis Ecclesiæ
annulo, & reverenda pastoralitatis baculo sanctæ Ivv A-
VENSIS Ecclesiæ sedi, ab ADELBERONE BVRZ-
BVRGENSI Episcopo, Xii. Kalend. August: intra
sanccita canonum inthronisatur. Nec longe post, conue-
nientibus R ATISPO NÆ GEBEHARDO ciu-
dem vrbis Episcopo, ENGELBERTO PATAVI-
ENSI præfule, ELLINHARDO FRISINGEN-
SI Episcopo, ALTVVINO SABIONENSI antisti-
te, ADELBERONE VVIRZBVRGENSI Præ-
side, GVNZONE EICHSTETENSI Episcopo,
in gradū Episcopalis honoris per lata popularium suffra-
gia, iij. Kalend. August. feliciter est prouectus. Ab hinc
vno & semis anno pallij insignibus & privilegio singularis
præ cæteris coepiscopis principatus ab ALEXANDRO Romanæ sedis Episcopo per VVEZILINV M
præpositum, viij. Kalend. Martij glorioissime persplen-
dit honoratus. His ille honoribus nesciebat superbire.
Sed magis humilia de se ipso nouerat sentire. Diuitijs *Psal. 62.*
etiam affluentibus cor non apposuit, his tripliciter usus,
aut in augmētum & proficuum Ecclesiæ suæ expendit, aut
monasteria & basilicas ex eis construxit, vel pauperibus
erogauit.

Præterea tām regno quām Romanæ sedi accommoda-
tissimus existens, dilatauit gloriam populo suo & Ecclesiæ,
quousque inimicus superueniens zaniam discordiæ in-
ter regnum & sacerdotium proch dolor seminavit. Præ-

Ss

full

*Salisburg.
Archiepiscop.
sit legatus
Apostolicae
sedis.*

Præful ergo egregius cum instar lucernæ candelabro superpositæ omnibus, qui in domo Deierant, scientiæ & vitæ in merito luceret, cum sancta Romana Ecclesia, quasi specialem filium suum, quasi verum Catholicum iudicauit esse dignum, cui legationem suam super omnes TENTONIC regni Ecclesiæ committeret. Sic itaque ex archi-capellano regni Archiepiscopus IUVAVENS, & legatus Apostolicæ sedis prouectus est, immobilis Ecclesiæ columna enituit.

Operæ premium est hic inserere, qualiter præfatus & saepe nominandus pater & Dominus GEBEHARDVS Archiepiscopus ab incunte ætate in proposito habuerit, ut si ex voluntate Dei facultas sibi post hac suppeteret, monasterium aliquod, vbi diuinæ laudes iugiter hymnizarentur, construere, quod ex subsequenti relatione potest perpendi. Dum enim aliquando in pueritiæ flore constitutus cum collegis suis ALTMANNO, postea Patauiensi Episcopo & ADILBERONE postea VVIRZBURGENSI Episcopo, studijs liberalibus imbueretur, contigit ut cum his, quos prædiximus fidissimis sodalibus timore puerili fugam iniret.

In via igitur ad quandam fontem diuerterunt, & ibi distractariolis suis panem quantulumcumque proferentes corpuscula tecreabant. Et licet puerili affectione, Dei tamen magis, ut post patuit inspiratione, prælagio virtutis suæ spiritu inter cætera, quæ confabulabantur, Episcopos se futuros prædixerunt, & monasteria se ad Dei seruitium fundaturos voverunt, quod postea efficaciter compleuerunt.

Primus igitur ALTMANNVS subintulit se Patauiensis Ecclesiæ præsulatum velle descendere, quo adepto, monasterium se constructurum, ibiq; nouissimam tubam ad resurgentum expectaturum. Tum ADILBERO, Ego vero VVIRZ-

ro VVirzburgensi Ecclesiae pontificatum suscipiam & cœnobium Christi seruorum instituam, vbi & ego recordar, communem omnium præstolaturus resurrectionem. At tunc GEBEHARDVS, ego vestrum amborum magister futur^o ero, quia volente Deo Salzburgensi Ecclesiae Metropolita, sublimabor, monasterio, quod regulari institutioni ordinauero, ultimum examinis diem præstolabor,

Hæc ideo hic interferere dignum duximus, ut ostendemus, quam grata Deo simplicitas fuerit istorum, & cordis mundicia, quorum puerili quodammodo ioco prolatæ, tam mirabiliter ad effectū perduxit. Nam GEBEHARDVS in Saltzburg, metropoli postea sublimatus ADMVNTENSE cœnobium construxit in honore sanctæ Dei genitricis Mariæ virginis, sanctiq; BLASII Episcopi & martyris, ALTMANNVS Patauiensis Episcopus factus, TOTHVVISENSE monasterium instituit, ADILBERO simili-
ter ante ambos VVirzburgensem sedem
adeptus, LAMBACENSE cœnobi-
um construxit, &c.

*Videntur quædam deesse quia in m.
f. es, &c.*

